

6088] R. De intercessione IIvir. et aedil.⁴⁸ q.³⁵ |

XXVII. Qui IIvir. aut aediles aut quaestores eius municipi erunt, his IIvir. inter | se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus | aut quaestores⁴⁹ quaestoribus appellabit, item aedilibus inter se, ⁵⁰intercedendi in triduo proxumo quam appellatio facta erit poteritque | intercedi, quod eius adversus h. l. non fiat, et dum ne amplius quam semel | quisque eorum in eadem re appelletur, ius potestasque esto, neve quis | adversus ea quicquam⁵¹ intercessum erit, facito. |

R. De servis apud IIvir. manumittendis. |

XXVIII. Si quis municeps municipi Flavi Salpensani, qui Latinus erit, apud IIvir., | qui iure dicundo praeerunt eius municipi, servom suom servamve suam | ex servitute in libertate⁵² manumiserit liberum liberamve esse iusserit, | dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore | quem quamve manumittat liberum liberamve esse iubeat: qui ita | manumissus liberve esse iussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa | liberave⁵³ iussa erit, libera esto, uti qui optum⁵⁴ iure Latini libertini liberi sunt erunt; tum⁵⁵ is qui minor XX annorum erit ita manumittat, | si causam manumittendi iusta⁵⁶ esse is numerus decurionum, per quem | decreta h. l. facta rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione. |

XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is e[a]ve^{56a} municeps municipi Flavi Salpensani | erit, et pupilli pupillave non erunt, et ab IIviris, qui i. d.²⁴ p.²⁵ eius municipi, postu|laverit, uti sibi tutorem det, ⁵⁷eum, quem dare volet, nominaverit: dum⁵⁸ is, | a quo postulatum erit, sive unum sive plures collegas habebit^{58a}, de omnium colle|garum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipi eius erit⁵⁹, | causa cognita, si ei videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Sive | is eave, cuius nomine ita postulatum erit, pupil. pupillave erit, sive is, a quo | postulatum erit, non habebit collegamque⁶⁰ eius in eo municipio intrave | fines eius municipi nemo erit: cum⁶⁰ is, a quo ita postulatum erit, causa co|gnita in diebus X proxumis ex decreto decurionum, quod cum duae partes | decurionum non minus adfuerint factum erit, eum, qui nominatus | erit, quo ne ab iusto tutore tutela habeat⁶¹, ei tutorem dato. Qui tutor h. l. | datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab iusto tutore tutela habeat⁶¹, tam iustus | tutor esto, quam si is c. R.¹² et⁶² adgnatus proximus c. R. tutor esset.

48) *Inserere et (nisi potius delendum q.)*. — 49) *Scr.* quaestore. — 50) *Fortasse inserendum* item quaestoribus inter se. — 51) *Scr.* quid, quom (*vel inserere* postquam). — 52) *Scr.* libertatem. — 53) *Inserere* esse. — 54) *Scr.* optumo. — 55) *Scr.* dum. — 56) *Scr.* iustam. — 56a) *ereve aes*. — 57) *Inserere* et. — 58) *Scr.* tum. — 58a) *Cf. Hirschfeld lat. Recht p. 4 not. 6*. — 59) *Scr.* erunt. — 60) *Scr.* collegam, collegave. — 61) *Scr.* abeat. *Cf. Horat. sat. 2, 3, 218*. — 62) *Fortasse inserere* ei.